

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Andreas Daniel Habichhorst August Andreas Kiel

**Melchisedecum Ratione Typi, Quo Christum, Quoad Singularem Eius Personam  
Et Generationes Plane Ineffabiles, Singulariter Adumbravit, Dissertatione  
Theologica Octava & Penult. Ad Gen. XIV. 18. seqq. collatum cum Ebr. VII. 1.  
seqq. paulo plenius repraesentarum**

Rostochi[i]: Wepplingius, 1692

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn733810225>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 9.April 1692

Habichhorst, Andr. Dan.*1d*







MELCHI.  
SEDECUM  
RATIONE TYPI,  
CHRISTUM,  
QVOAD SINGULAREM EJUS  
PERSONAM

ET  
GENERATIONES PLANE INEFFABILES,  
SINGULARITER ADUMBRAVIT,  
DISSERTATIONE THEOLOGICA  
OCTAVA & PENULT.

*Ad GEN. XIV. 18. seqq. collatum cum EBR. VII. 1. seqq.*

paulò plenius repræsentatum,

EJUSDEM DEI-HOMINIS AUXILIO ET VEN. FCtis TH. CONSENSU,  
PRÆSIDE

ANDREA DANIELE  
HABICHHORSTIO,

S. THEOL D. EJUSDEMQUE P. P. & CONSIST. DUC. MECKELB.  
ASSESSORE COLLEGIIQUE PROF. DUC. SENIORE,  
Ad d. 9. April. 1691. in illustris Acad. Rostoch. AUDIT. MAJORI  
publicæ *svēnīs* exponit


AUGUSTUS ANDREAS KIEL  
ROSTOCHIENSIS.

Rostochii, Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

242

1691

ДЕЛЕНИЕ  
МИТОЦИЯ  
ДЛЯ ТЕБЯ СТАЯ  
МИТЦЫ  
ПРИОНА  
ОЧАВА ПРИДУ  
АНДРА ДАНЕ  
ХАБИЧНОРСТІ  
АНГУСТІ АНДРА ДАНЕ



## SECTIO II. PRACTICO-TYPICA

sistens  
MELCHISEDECUM ratione TYPI,  
quo  
CHRISTUM,  
tām quoad singularem PERSONAM,  
quām quoad sublime OFFICIUM,  
ad vivum qvāsi adumbravit.

DISP.  
VIII.

**A**cēnus *bisporiam* Melchisedeci Regis Hierosolymitani & Sacerdotis simul Dei altissimi, à Mōse Gen. XIV. 8. seqq; descriptam vidimus, ejusdemq; Exegesī septem dissertationibus, (quāquam per intervalla, cum aliæ plures, cump̄imis ISAIANÆ, intervenerint) exhibuimus, quibus primò quidem Personam Melchisedecis ratione nominis & conditionis, Disputatione I. & generis Disp. II. deinde verò officium ejus utrumque, tum Regium ratione sedis regie Schalem, Disp. III. attūg regii, scil. prolationis panis & vini Disp. IV. tum Sacerdotale, tam ratione Sacerdotalis tenui, Disp. V. quām Sacerdotialis attū, nempe benedictionis, Disp. VI. & Sacerdotialis effectus, sc. decimationis, Disp. VII. considerare voluimus. Restat jam, ut promissi in prafamine Disputationis primæ facti memores, eundem Melchisedecum duabus adhuc dissertationibus, ratione figura I. typi, quo CHRISTUM Dominum & Servatorem nostrum, verum iustitiae Regem, pacisq; Principem, in secula benedictum, tam ratione Persona, quām officii clarissimè adumbravit, sistamus. Hic verò ordinis quoq; & hinc sperandæ lucis rationem non omnino nullam habituri, sequentia quatuor capita pertractare tenebimus. Et primò quidem generatim expositi sumus Typi hujus qualitatem & veritatem; Deinde verò speciem typum innatum, ratione singulari Persona CHRISTI, & generationum ejus ineffabilitum: Tertiò typum innatum ratione sublimis ejusdem officij; tandem quartè typū quoq; illatū addituri, & hunc ratione Eucharistie quidem, quia oblatu fideique analogus est, illustraturi; ratione verò sacrificii Missæ, quia exteriori, fideiq; non analogus est, ex deductâ jam Melchisedeci

sedeci historiā refutaturi, vel poti⁹, qvæ suprā jam ex visceribus  
historiæ contra Missæ sacrificium deduximus, fundamenta re-  
collecturi sumus. Esto igitur, DEo annuente,

## CAP: I.

generalem exponentis

TYPI hujus QVALITATEM & VERITATEM,

MEMBRUM I.expediens,

Qvæst. QVALIS HIC SIT TYPUS?

s. i.

**C**um ipsa qvæstio satis innuat, dari differentias typorum,  
haud abs re fuerit, si easdem hic in antecessum specie-  
mus, imo & majoris omnino lucis ergo de typis in gene-  
re qvoad vocem & rem nonnulla præmittamus. Vocabu-  
lum enim typi origine Græcum, à verbo τύπος verbero, pulsō, tondo,  
formatum, ratione originis quidem denotat notam, qvæ impressione  
seu percussione effecta est: Sic Job. 20. v. 20. bis legitur *typus*, cum  
dicitur: *Typus clavorum*, ubi Beza habet *vestigium*, Vulgatus verò in  
posteriori loco videtur legisse: *clavis*; habet enim *locum clavorum*,  
Luth: reddit: Nāgel mahl; ex usu tamen varia significat, quod velex  
Glassi Phil. Sacra l.2. part:1. Tr:2 Sect:4. art:1. p.324. & Ravanello Bi-  
bliotheaca sacrā, in voce *typus* p.781. constare potest. Inter has verò  
significationes celebris præcipue hæc est, quā per typum intelligere  
solemus personarum aut rerum s. præsentium s. futurarum imagi-  
nem s. figuram seu adumbrationem, cum primū facta ē historiae V. T.  
qua CHRISTUM. scripture nucleus, in N. T. exhibendum, respex-  
erunt, ejusq; Personam, actiones, passiones, & subsequentem simul glo-  
riam adumbrarunt. Et hinc typus aliás dicitur *umbra* Col: 2.17. Ebr:  
8. 5.C. IO. 1. item ὁτόδεινυμα s. exemplar Ebr: 8. 5. &c. Correlatum  
ejus sive res, qvām typus seu figura respicit ac repræsentat, voca-  
tur *antitypus* l. Pet. 3. 21. ( qvām & hoc vocabulum nonnum-  
qvām pro Synonymo typi adhibetur ut Eb. 9. 24.) item σῶμα seu  
corpus, ἀληθιὰ seu vera Ebr: 9. 24. &c. Et hoc sensu Melchisede-  
cus Rex & Sacerdos V. T. fuit typus seu figura, seu *umbra* ē  
CHRISTUS V. anij typus seu corpus, qvod ille singulariter adum-  
bravit.

s. 2. Cura

§. 2. Cum vero queritur qualis hic sit typus, quem gessit  
Melchisedecus, seu ad quodnam typorum genus is ipse referendus?  
Sciendū porro est, typum juxta eundem Glassium l. cart; &c. com-  
modius duplēcē esse statuendum, ut aliis quidem sit Propheticus,  
alius vero historicus. Propheticum is ita describit, quod sit  
talis, quo Prophetae divinitus inspirati suis in concionibus, partim com-  
minatoriis, partim vaticinatoriis, crebrō utuntur, quando scilicet Symbolia  
externis res oculatas seu presentes, seu futuras figurant & significant.  
Prophetæ enim non tantum sermone, sed & actione & visione Spi-  
ritus S. impulsu prophetarunt. Unde & Propheticus typus, tum in  
actionibus, tum in visionibus typico-Prophetici consistere depre-  
henditur. Ad typicas vero Prophetarum actiones referenda sunt  
actiones Iesse nudè incidentis, c. 20. 2. Jeremiæ linteum sibi  
cingulum comparantis c. 13. 1. seqq; &c. Ad typicas Prophetarum  
visiones, quæ vel dormientibus vel vigilantibus fuerunt oblatæ,  
pertinent somnium Jacobi de scala, Gen. 28. 5. seqq; Ioh: 1. 51.  
somnium Josephi duplex Gen: 37. 5. seqq. somnium Danielis de  
quatuor bestiis ex mari ascendentibus, c. 7. 2. Visio Jeremie C: 24.  
de asibus calabris, sicum bonarum Smalarum. Ezechieli C: 37. 1.  
seqq; de ossibus spiritu immisso vivificatis &c. Historicus vero typus  
hac descriptione gaudet, quod sit sensus Scriptura mysticus, quo res  
gestæ vel factæ V. T. & præsertim Sacerdotii & cultus Iudeici constitutio,  
præfigurant & adumbrant res in N. T. gestas & præsertim CHRISTUM.  
Ex illa ergo typorum collectu proclive satis  
est, præsentem Melchisedeci Regis ac Sacerdotis typum non  
ad Propheticos, sed ad historicos esse referendum.

§. 3. Cum vero historicus hic typus distingui rursus so-  
leat in innatum & illatum, quorum ille, quem ipsa Scriptura era-  
dit & ostendit; hic vero qui non à Scripturâ traditur, sed eidem ab  
Interpretibus insertur, isq; sit vel oblatus, qui cum analogia fidei  
& re ipsa consentit: vel extortus, qui omni fundamento destitui-  
tur, & à sensu literali alieni discrepat, adeoq; ad pseudomimica  
refertur, hinc ulterius jam queritur utrum historicus noster typus  
sit innatus, an vero illatus? Responsio quidem hic in promptu est ad  
affirmandum prius: unde & nonnulli non nisi innatum illum  
Melchisedec typum, in scripturis traditum, admittunt, quo scil.

is CHRISTI tum personam singularem, tum officium sublime geminum, præsertim Sacerdotium ejus aeternum præfiguravit; alii tamen illatum quoque & quidem oblatum addunt: quidam denique extorum planè saperaddunt. Nos quidem innatum jam nominatum, quem Scriptura nobis diserte ostendit, tanquam optimum, præferimus; illatum tamen atque oblatum, (quem ex Patribus quidam addunt, & nostratium nonnulli laudant) quod scilicet CHRISTUS in S. etiam canit Melchisedecitypum implevit, cum Scripturæ sit analogus, nec à sensu literali discrepet, non aversemur, ceu infra ex cap. 4. patebit. Extorum vero, quem Pontificis magno conatu, invertitque; historiæ sensu, hic superaddunt, & innato præferre gestiunt, dum Missæ sacrificium, (quod sine Scriptura fingitur) à Melchisedecò imprimis præfiguratum adeo firmiter censem, ut ex hoc Melchisedeci typo Concilium Tridentinum in præcipue Disputacione nostræ monitionis primarium sacrificii Missæ fundamentum petere non extimescat, merito tanquam fidei non analogum, nec in historia Melchisedeci fundatum, adeoque à sensu literali nimis discrepantem, repudiamus, quod ex seq. cap. 4. collato cum præcedentibus 4. 5. & 6. Disputatione sic satis clarescet.

## MEMBR. II. explanans,

Qvæst. Unde veritas hujus typi historici & quidem  
innati constei?

Innatum vero & à Scripturis S. traditum ostensumque; hunc esse typum, quo Melchisedecus tum Personam tum officium Christi geminum, principiæ Sacerdotium ejus aeternum, præfiguravit, patet (1.) generatim ex loco ad Ebr. 7.3. ubi Apostolus per quam emphaticè & perspicue Melchisedecum pronunciat αφεισθαι τῷ γῆρᾳ Θεόν h.e. assimilatum Filio Dei, h.e. tanquam typum & figuram comparatum esse cum CHRISTO tanquam antitypo. Quam interpretationem omnium ferè interpretum, ipsorum quoque Pontificiorum, consensus confirmat.

S. 2. Speciatim (2) innatum hunc typum probat Psalmus 110.4. ubi non abrahamus juxta Talmud Massechet נדרין & R. Lipmannum: neque David juxta R. A. Esra & Kimchi, uti & Cal-

Calvinum hic Jhudaizantem, neque Chiskias Rex jhudæ, juxta  
alios ex Jhudæis, de quibus vid: *Justinus* in Dial: cum Tryph:  
p. 141. neq; *Serubabel*, seu tutelaris *Angelus Davidis*, juxta alios  
quosdam Rabbinos, de quibus legatur *Bakius* in comment: Exe-  
getico Pract. super Psalm: part. 3.p.145. sed ipse *Messias*, non tan-  
tum filius sed & Dominus Davidis, juxta Apostolum, interpre-  
tem omni exceptione majorem, ad Ebr. 5.6.c.6.20.c 7.v.17. & 21.  
(cui & *Targum Jonathanis* filii Uzielis, aliq; saniores Rabbini, ipsa  
veritate divina convicti, & communis Christianorū interpretatio  
suffragatur) disertè appellatur מלכִי־צָרְקָה (i. e. *Sacerdos in eternum juxta ordinem* (rationem conditionem)  
*Melchisedeci*: quod tamen non ita accipendum, ac si CHRISTUS  
Melchisedeco successerit, vel succedere in Sacerdotio debuerit,  
quomodo Sacerdotes Aaroni succedentes dicebantur *Sacerdo-  
tes secundum ordinem Aaronis* Eb. 7.11. nec ratione sacrificii & qui-  
dem incruenti, nempe *oblationis panis & vini*, quemceteroqui  
ordinem Papistæ fingunt. Cum enim Melchisedecus panem  
vinumq; non sacrificaverit (ceu pluribus contra Pontificios  
in præced: præsertim 4. Disp. ostensum) quomodo CHRISTUS  
quoad sacrificium cum Melchisedeco comparari poterit? Sed  
ad rationem & conditionem Melchisedeci *Sacerdos* dicitur CHRI-  
STUS, eo quod filius Dei tanquam antitypus cum Melchi-  
sedeco tanquam typo assimilatus sive comparatus sit Ebr. 7.3. quæ  
comparatio in eo præcipue consistit, quod Melchisedeci &  
CHRISTI sacerdotia fuerint αὐτῷ βασι & neuter successores  
habuerit juxta Ebr. 7. 23. 24. Quomodo Melchisedeci ordinem  
& convenientiam Christi cum ipso interpretatur *Epiphanius*  
hæres. 55. 1. 2.

s. 3. Tandem (3) specialissimè etiam hic typus innatus  
ex eadem Epist: ad Ebr. 7. v. 1. 3. 11. 23. 24. &c. probatur, ubi Aposto-  
lus historiam Melchisedeci v. 1. & 2. repetitam, ad CHRISTUM  
Servatorem nostrum Ἰεάνθρωπον expresse, & præcipue v. 11. seq.  
quoad officium eius Sacerdotale accommodat, simulque v. 1. & 3.  
non obscurè insinuat, quod quoad regnum quoque officium & quoad  
Personam singularem, quæ Paire quoad humanam, & matre quoad

divinam naturam destituit & eius generationes enarrari non possunt &c: typica sit collatio inter utrumq; instituenda. Quæ adeo clara sunt, ut supervacaneum videatur, huic rei pluribus probandæ immorari velle. Præstat igitur pedem à generalibus ad specialem typi expositionem promovere. Sit ergo

## CAP. II.

Speciatim sistentis

TYPUM INNATUM quoad  
SINGULAREM CHRISTI PERSONAM  
ET GENERATIONES EJUS INEFFABILES,  
**MEMBRUM I. evolvens**  
TYPUM HUMANÆ ejus NATURÆ,  
juxta quam est απάτωρ,

S. I.

**Q**uamvis Apostolus cap. 7. ad Ebr. datâ jam sub finem capituli sexti occasione, historiam Melchisedeci ad CHRISTUM clariùs, uti jam dictum, quoad *Sacerdotale officium* accommodet, unde & nobis ab illa *Sacerdotiis collatione* incipiendum hic esse videatur; quia tamen & idem Apostolus ibid. statim ab initio capituli talia proponit prædicata, quibus duæ in CHRISTO naturæ & ineffabiles ejus generationes non obscurè insinuantur, quando v. 3. Melchisedecum dicit απάτωρ & αμήτωρ, rectiusque persona priùs & natura ejus quam officiū consideratur, proinde & nos collationem personarum quoad generationem præmittemus. Satis verò eximiè personam Servatoris nostri repræsentat, quod citatō is locō dicitur, απάτωρ, αμῆτωρ, αγεραλόγητος, μήτε αρχὴν ημερῶν, μήτε ζωῆς τέλος ἔχει, h. c. sine Patre, sine Matre, sine genealogiâ, neq; principium dierum, neque vita finem habens. Hæc enim prædicata, licet verius CHRISTO tanquam antitypo & corpori, quam Melchisedeco ut umbræ competant, non tamen literaliter de Christo, sed de Melchisedeco; mysticè v. de CHRISTO antitypo intelligenda esse, sic satis contextus arguit, præcipue verba, quæ immediate, eodem versu tertio Cap. VII. ad Ebr. sequuntur, id docent; ibi

ibi enim, quem in priori versus membro dixerat ἀπάτωρ & cū  
cundem Apostolus & ἀφωμοιωμένον τῷ ιψῷ τῷ Θεῷ, h.e. assimilatū  
latum Filio Dei appellat. Qvicunq; verò assimilatur CHRISTO  
Filio Dei, ille non est ipse CHRISTUS Dei filius, sed alius ab illō,  
nempe Melchisedecus Rex Schalem; qvicquid etiam Caneus &  
alii ogganniant, per Melchisedecum ipsum Dei filium intelligentes,  
contra quos supra jam Disp: 1. & 2. ex professo disputavimus.  
Ergo Melchisedecus literaliter intelligitur per illum, qui dicitur  
sine Patre, sine Matre, sine genealogia, neq; principium &c. mysticè ve-  
rò CHRISTIUS; qvamvis, uti dictum, veritū huic, qvam illi præ-  
dicata convenient. Qvod enim Melchisedeco non compe-  
tant secundum esse, nec absolute & ratione generationis, ac si verè  
Patrem & Matrem, ac genealogiam non habuerit, sed secundum  
dici & relate, ratione scriptio[n]is & commemorationis, quia scil: Pa-  
rentes hujus sacerdotis & genus à Mose non describuntur,  
neque genealogia ex Levitis recensetur, sicut ab ipso genealo-  
gia Leviticorum Sacerdotum recensentur, qvomodo Apostolus se ipsum explicat, dicens seqventev. 6. οὐ μὴ γενε-  
αλογεύειν εἰς αὐτῶν, h.e. is v.. cuius genealogia non recensetur ex illis  
sc. Levitis, illud in præced: Disp: 2. m. 4. part. 2. §. 1. 2. 3. pau-  
lò pleniū abs nobis ostensum est. Sunt vero Parentes Mel-  
chisedeci non descripti, ut eō commodius is Personam CHRI-  
STI præfiguraret, qvi secundum esse & verè, qvamvis diverso re-  
spectu, est ἀπάτωρ, ἀμυτωρ, ἀγενεαλόγητος, siqvidem his præ-  
dicatis diversæ in CHRISTO naturæ & generationes, divina sc.  
& humana mysticè designantur, de qvibus nunc distinctè a-  
gendum erit.

§. 2. Et qvidem i. ad vocem ἀπάτωρ, (qvæ primo ponitur  
loco) qvod attinet, qvin eadem ipsa ad humanam CHRISTI ge-  
nerationem & naturam, qvam in plenitudine temporis assumpsit  
ex Maria, respiciatur, nulli dubitamus: de qua proinde primo  
qvoq; loco differendum erit; qvanq; alias de divina ejus  
generatione & natura, qvam à Patre ab æterno habet, priùs  
agere solemus. Juxta humanam enim naturam verè CHRI-  
STUM esse ἀπάτην h. e. sine Patre, Matremque ejus Mariam  
virginem sine virili semine, ex mirando Spiritus S. superventu,

con-

concepisse, propter hanc tamen conceptionem a Spiritu S. CHRISTUM nec filium Dei, nec Spiritum S. ejus Patrem vocari nec esse, constans Ecclesiarum nostrarum sententia est, clarè satis fundata in loco Luc: 1. 35. qui certè cum non tantum nostram thesin, de prima voce απότελος, confirmet, sed eodem quoque adversarii abutantur, nostramque thesin ex illo infirmare, h.e. CHRISTUM quoad humanam naturam απάντηση non fuisse, probare per quam impudenter, licet frustra, consentur, paulò penitus hic inspiciens erit. Illo enim in loco Legatus Dei Gabriel Mariæ scilicet anti, quomodo conceptura & paritura esset filium, cum virum non cognoverit, respondet: *Spiritus S. superveniet in te & virtus altissimi obumbrabit tibi: Quapropter etiam quod nasceretur ex te sanctum, vocabitur filius Dei.* In quā τεκτονή (ut cum Hieronymo in Ep. ad Paulinum loquamus) quae verba, τοι sacramenta, quot notiones, tot rerum pondera, à quibus magni montes suspensi sunt, juxta Ebraeorum proverbium. Unde & prothesi nostra magis adstruenda notandum (1.) conceptionem hanc Christi factam per Spiritus S. Πνίγεσην, h.e. non per generalem & ordinariam φύσιαν, quā in conceptione omnium hominum operatur, juxta Job. 10. 8. Ps. 139. 15. sed per φύσιαν s. miraculosam, specialem & extraordinariam operationem, conf. Act. 1. 8. Jud. 14. 6. non fuisse generationem ex Spiritu S. substantia, sed de potentia ejus, uti ait August. Serm. 6. de temp. adeoq; nec Spiritum S. CHRISTI patrem vocari posse, quippe qui non egit per concubitum sed per virtutem, ceu loquitur Justinus Martyr Apol. 2. vel non egit απόγενετος, s. seminaliter sed δημιουργίως b.e. operativè s. architectonicè juxta Damasc. de orth. fide c.i. adeoq; admirando planè modo humanam CHRISTI naturam quoad animam & corpus ex semine virginis a se sanctificatō & a peccabili labe præservatō (disertè enim dicitur: quod nasceretur εκ σπέρματος tui, ex substantia tua, semen quippe tuum mulieris, vid. Smid: ad h.l. sanctum) in virginali Mariæ uterō sine virilis seminis concursu produxit, quam naturam νόμος assumit, sibiq; personaliter univit. Ut verò Patris nomine & re aliquis gaudeat, necessarium est, ut in statu naturali σπέρματος concurrat (2.) fœcundationem virginis Mariæ esse opus cordis S.S. Trinitatis iudicium, quia est

est ad extra, adeoq; omnibus tribus personis commune, salvo  
tamen & modo agendi & termino actionis: hinc disertè idem  
Angelus I. c. non tantum *πνεύματος* Spiritus S. sed & *πνεύματος*  
*δυνάμεως ψυχής* meminit, adeoq; actionem Spirit. S. ab actione Filii  
Dei, qui hic & I. Cor. 1.24. *virtus Dei* (ceu primogenitus alibi prima  
virtus parentis Gen. 49.3. Deut. 21.17.) vocatur, distinguit, No-  
vimus quidem multos interpres obumbrationem *virtutis Altissimi*  
exgeticè positam esse statuere, ita ut proximè præcedentem  
*Spiritus S. supervenientem* dilucidiū reddat & æq; *Spiritus S. ope-*  
*rationem* insinuet; ceterum non suffragamur, qui simul novimus,  
verba exegética nunquam solere declarandis esse obscuriora.  
Clariora verò illa videntur verba: *Spiritus S. superveniet tibi;*  
*obscuriora v. hæc:* & *virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Et hæc  
certè obscuritas vel ex Interpretum circa posteriora hæc verba  
dissensione, & consensione circa priora, dispalescit.

s. 3. Nam duplex est veterum & recentiorum de *virtute Altissimi*  
sententia: Quidam enim *virtutem* hanc sumunt essentialiter pro  
*virtute dux regit*, hoc est, pro potentia ac Deitate tribus personis  
coniuncti, quia scil. P. F. & Sp. S. una eademq; essentiali efficacia ad  
opus incarnationis hoc concurrerunt. Ita sentiunt Corn. à  
Lapide & Toleto in Lucam. Alii vero personaliter, de virtute  
*duorum regit*, cui actio personalis hic tribuitur; qui tamen  
rursus in tres omnino partes abeunt. Quidam enim *Spiritus S.*  
uti jam dictum, per *virtutem altissimi* intelligunt, (ut Salmeron,  
Lucas Brugensis, Maldonatus, Tirinus, aliiq; item Grotius) quippe  
de quo in proximè præcedente inciso dictum erat, quod super  
Georōnō venturus esset, cum & alibi is *virtus Dei* appelletur,  
nempe Luc. 24.49. Act. 1.18. Alii de omnipotente Deo Patre hanc  
*virtutem altissimi* interpretantur, ut Dionysius Cartusianus &  
Francisc. Gomarus in illustr. & select. Ev. Lucæ loc. f. 165. qvin &  
Salmeron, qui ceteroq; *Spiritus S.* hic intelligit, ceu dictum,  
addit, intelligi quoque Patrem posse. Multi denique *virtutem*  
*Altissimi* de ipso *Dei Filio*, qui ex Maria carnem assumturus, natu-  
ramque humanam sibi intimè uniturus erat, interpretantur. Et  
hæc sententia fuit ex veteribus, Athanasi, Chrysostomi, Ruffini,  
Beda, Damasceni, Theophylacti; ex recentioribus v. Chemnitii

¶ Lyseri in Harm. Ev. c. 4. Job. Gerhardi in Exeget. Loc. IV. §. 105.  
Fuerbornii fasc. 3. Disp. 7. Meissneri in Theol. Phot. C. 4. Joban. Qui-  
serpii Sen. in notis h. l. Danbaweri in Hodos. Phæn. 8. p. 610. &  
Cbrisostopb. p. 32. Job. Ern. Gerhardi Disp. in hæc verba de A. 665.  
Job. Ben. Carprov. in Disp. ad h. l. c. 2. §. 1. Quenstedti Syst. Tb. part. 3. p. 339.  
&c. Licet autem priores sententiae contra analogiam fidei nihil  
asserant, cum opera ad extra Trinitatis, ceu dictum, sint indivisa;  
postrema tamen illorum, qui secunda Trin. Persona Virtutis al-  
tissimi nomen hic tribuunt, tanquam textui & fidei analogiz-  
& scopo Angeli convenientior, præferenda nobis censetur.

S. 4. Dicimus (1.) postremam *textui* convenientiorem, & qui-  
dem verbis immediatè hic ab angelo subjectis: *propterea & nascen-*  
*dum ex te sanctum, vocabitur filius Dei.* Ita enim argumentari licet:  
Quascunq; propositiones à se invicem distinguit & separat vis  
particulae separabilis dicitur h. c. *propterea*, illæ non sunt exegeticæ,  
quasi eandem rem denominant ac significant, exponendæ; At-  
qui has propositiones: *Spiritus S. superveniet tibi & virtus altissi-*  
*mi obumbrabit tibi, à se in vicem distinguit &c.* Ergo. Minor  
inde patet, quia verborum illorum sequentium (*propterea &*  
*nascendum ex te &c.*) causam immediatam & proximam non po-  
test constituere *superventus Spiritus S.* in priori propositione de-  
signatus, vel singularis de Spiritu S. conceptio: Non enim pro-  
pterea vocatur filius Dei, quod Spiritus S. supervenerit in  
Mariam: si enim ab illo superventu & conceptione de Spiritu  
S. tanquam causa proxima fluenter & consequerentur verba:  
*propterea & vocabitur &c.* certè Angelo dicendum fuisset: *proptero-*  
*ea & nascendum ex te sanctum vocabitur filius Spiritus S. & Chri-*  
*stus hoc pacto diceretur filius Spiritus S. & Spiritus S. pater Cbris-*  
*ti;* sed *propterea sanctum ex Maria nascendum* vocatur filius Dei,  
quia *virtus Patria substantialis, æterna & ἡμετέρη οὐλόγη* ¶  
¶ *filius Dei descendit in uterum virginalem, illum implevit & ex illa*  
*carnem assumens, adeoq; in utero ejus incarnatus est.* Igitur  
& hic *descensus filii Dei in uterum Marie, & admiranda ejus in-*  
*carnatio in posteriori & immediatè præcedente hæc propositi-*  
*one: & virtus altissimi obumbrabit tibi, intelligenda est, adeoq;*  
*proxima & immediata verborum: propterea & vocabitur &c.*  
causa

causa datur in eadem posteriorē proximēq; antecedente propo-  
sitione. Unde jam patet, vim particulē dā propositiones hāc  
controversas distingue & separare, adeoq; posteriorem non  
esse exegesin prioris, neque per virtutem Altissimi Spiritum S. sed  
ipsum Dei filium intelligi oportere.

S. 5. Non verò tantum textui, sed & (2.) Scopo Angelī & Analogia  
fidei convenientior est hāc interpretatio. Hoc enim Angelus  
intendebat, ut secretum incarnationis filii Dei manifestaret.  
Igitur cuiuslibet personæ Trinitatis peculiarem operationem,  
qvamad conceptionem hanc admirabilem, seu ad incarnationem  
filii Dei, tanquam opus ad extra, (ceu ab initio dictum)  
contulerunt, mirè servato ordine, voluit exprimere vel desi-  
gnare. Et qvidem Spiritum S. superventu i. e. fœcundatione  
& sanctificatione; Filiū verò Dei tanquam Virtutem Altissi-  
mi obumbratione, i. e. descensu & impletione uteri, Deumq; Pa-  
terem, cuius tanquam Altissimi virtus & filius vocatur nascen-  
dum ex Maria, decreto & consilio, qvod legatus hic Mariæ pro-  
ponit, adeoque omnes tres Personas ad Iauuḡsp̄z̄ hanc s.  
miraculosam & ineffabilem & immediatam operationem,  
concurrere docet. Unde & Patres summum hoc mysterium non  
inconciūnē per similitudinem trium puellarum, uni ex nume-  
ro suo vestem induentium, illustrare solent. Pulchrè etiam  
hanc immediatam totius Trinitatis operationem exponit  
Ruffinus, Presbyter quondam Aquileiensis, in exposit. Symb.  
vide, inquit, cooperantem fibi invicem Trinitatem. Spiritu S.  
venire dicunt super virginem, & virtutem Altissimi obumbravit ei. Quae  
nam est virtus, nisi ipse Christus, qui est Dei virtus & sapientia?  
Cujus a. est hac virtus? Altissimi. Adeo ergo Altissimus, adeo &  
virtus Altissimi, adeo & Spiritus S. Hactenus ille. Si  
ergo miraculosa hāc Mariæ fœcundatio, qva Christus est in  
illa conceptus, totius S. Trin. actio est indivisa, nec Spiritus S.  
seminaliter sed architectonicè in uterum Mariæ influxit, neq;  
ex suā substantia, sed ex virginis semine naturam Christi hu-  
manam produxit, satis inde conficitur, qvod Christus juxta  
hanc generationem sit annūtwp, h.c. sine Patre. Si verò miraculosa  
hāc operatio in Maria esset causa, cur aliquis ratione humanitatis  
Pater Christi diceretur & cur Christus vocaretur filius Dei, certè

Christus foret Pater sui ipsius, esset filius sui ipsius, immo filius totius S. Trin. & filius Spiritus S. quod vera ~~ταύτην τῶν~~  
~~ὑγιαίνοντων λόγων~~ adversatur.

§. 6. Errant igitur & blasphemari sunt Sociniani, quibus pollicent non omnino nulli ex Arminianis premunt. *Fausus enim Socinus* gente Italus & quidem Senensis (qui praeunte Patruo Letio Photinianam haeresin ex orco quasi revocavit & audauxit) ita in libro *Quod Regn. Pol.* fol. 36. scribit. *Vides, quod Spiritus S. & virius Altissimi illam (primam existentiam illius hominis Iesu Nazareni)* sit operata & sic Patri generanti loco Deus fuerit, & causa sit, ut ipse Christus Dei filius appelleatur. Et in *AntilWieko* fol. 221. *A Deo, inquit, in virginis uerum substantia aliqua creata immissa est, ut Christus non Matrem tantum sed & Patrem habuerit.* Similiter immo impudentius de hac conceptione scribit Smalcianus, Socinum contra Smigleciū defendens, Resp. ad nova monstra Smigleciī c. 18. fol. 158. ubi interalia, communem Christianorum omnium fidem, quod Christus non ex virili semine conceptus fuerit, (ad eoz anatropū sicut) communem is errorem censet. *vid Scherz. Coll. AntiS. Disp. 45. p. m. 372. & Disp. 48. p. 40.* Talia verò portenta circa conceptionem Christi excogitarunt Sociniani, ne Deitatem Christi ομούσιον Patri & æternam ejus ex substantia Patris generationem, quam deinceps asseremus, concedere teneantur. Errat quoq; *S. felius contra Piscat. p. 310. dum Mariam quoq; uxorem* *Dei nominare non verecundatur.*

§. 7. Ceterum Socinianos in terminis refutat Apostolus, dum ipsi Christus, sub Melchisedeci figurā, dicitur *anatropē*, quod intelligi nequit respectu divinitatis. *æternaz generationis*, cuius respectu Patrem habet æternum: Ergo respectu humanitatis vel generationis humanæ & temporalis, ceu idem quoq; *anatropē* hic dicitur ratione generationis divinae & æternæ. Præterea nullibi in Scripturis Deus vel Spiritus Sanctus Pater humanæ Christi naturæ appellatur. Si vero Spiritus S. Pater Christi respectu humanæ generationis salutaretur, duos is haberet Patres, tantum abest ut *anatropē* esset. Sive rō Christus juxta hanc naturam est *anatropē*, nullum habens patrem;

nec

nec Deus vices viri supplevit, quomodo *Maria uxor Dei* poterit appellari? Nec juvat quicquam *Socinianos*, dum excipiunt, Christum *āmāντα & āμήντα* vocari, eò quod fidei sit *inceptor & consummator*, vel ratione officii, quod in ipso, uti in Melchise-deco, cœperit & desierit. Has enim nugas eadem facilitate, quæ afferunt, auferre licet. Ecquis enim has phrases, esse sine Patre, sine Matre: & incepторem ac consummatorem fidei esse, pro Synonymis haberia & quum censeret? Et quis quæsto statueret, Sacerdotem habere patrem & matrem ratione officii, ut Sacerdos est, & non potius ratione *natura*, ut est homo? vid Stegm. Disp. 16. Phot. qv. 1.

## MEMBRUM II. exponens TYPUM DIVINÆ CHRISTI NATURÆ, juxta quam est *ἀμῆτωρ, μῆτε αὐρχὴ οὐμεζῶν,* *μῆτε ζωῆς τέλος ἔχων.*

S. 1. Duo hic argumenta divinæ CHRISTI naturæ ab Apostolo insinuantur: (1.) est *aeterna generatio à Patre tantum* (2.) *vera ejus aeternitas*. Prius, nempe *aeterna christi generatio à Patre tantum*, innuitur voce, quæ typus ejus Melchisedecus dicitur *ἀμῆτωρ*, h. e. sine Matre s. matre carens, quæ appellatio verè competit CHRISTO juxta divinitatem. Siquidem ab aeterno immediate & sine officio matris, (ceu Lactantius loquitur l. 4. de verâ sap. c. 13.) ex substantia Patris non tanquam ex materia, sed tanquam ex principio producente genitus est. De quæ Filii aeterna à Patre generatione dubitare nos haut sinunt tot expressa scripturarum loca, quorum certè magnum laudare numerum tam ex N. quæm ex V. Test. possemus, si nobis hic prolixioribus esse liceret. Quem enim fugit (1.) locus Ps. 2. 7. *בְּנֵי אָחָת אֲנִי חַי וְלֹא תִּרְאֵנִי*? Ubi (1.) non est quod quis dubitet, an per filium, quem verba hæc respiciunt, literaliter intelligatur ipse Dei Filius, & non potius David, quomodo Volkelius l. 5. de vera relig. c. 12. aliiq; Sociniani per filium hic Davidem Regem, & Calvinus in Comment. super hunc Psalmum typicè quidem per filium intelligi CHRISTUM, literaliter vero Davidem contendunt. De Christo autem Dei Filio literaliter locum esse.

esse intelligendum, non tantum Psalmi contextus, maximè vero  
ultima ejus verba, quibus beati prædicantur כה רוחם h. e. con-  
fidentes in eum, conf. Ps. 84. ult. Jer. 17. s. quod confirmant Veteres  
Ebræi, qui de Rege Messia Psalmum exposuerunt, referente Ly-  
ra ex R. Salomone: Sed & testimonia locorum Nov. T. omni  
exceptione majora Actor. 4. 25. seq c. 13. 33. præcipue Ebr. 1. 5.  
probant, ubi Apostolus de CHRISTO agens, illumq; æternum  
esse DEI Filium probaturus, per quem DEUS Pater ex-  
tremis hisce diebus sit locutus, per quem etiam secula con-  
siderit, locum hunc allegat, dicens: *Cui unquam Angelorum*  
*dixit: Filiu meu tu es, bodie genui te?* Nec(2.) vox רוחך, i.e. bodie  
scrupulum cuiquam injiciat, ut dubitet, an illa æternitatis vim ha-  
beat? quod ceteroqui Völkelius l. c. & alii Sociniani excipiunt,  
dicendo, locum non sufficere ad probandam CHRISTI genera-  
tionem æternam, cum vox *bodie* certum aliquem diem notet,  
quod æternitati plane sit contrarium. Licet enim largiamur  
voculam han c *bodie* formaliter æternitatem non notare; nihil  
tamen obstat, quo minus de infinito æternitalis rū. 1. de immu-  
tabilis æternitatis die, commodè possit adhiberi, in quā dies nec  
fine hesterni inchoatur, nec initio crastini terminatur, h.e. nec  
præteritus nec futurus, sed semper hodiernus dies i. e. æternitas  
ipsa est, omniaq; sunt præsentia... Ceterum nec diei, nec ani-  
mæ terminum æternitati esse contrarium, sed æternitatem per  
dies annosq; nonnunquam describi, inter alia docent loca Ps. 102.  
16. Conf. Ebr. 1. 12 Dan. 7. 9. imprimis Mich. 5. 2.

§- 2. Et hic Micheæ locus (1.) hic videndus est, quippe quem  
nostrates, æternam CHRISTI generationem stabilituri, loco  
Psalmi jam laudato solent succenturiare. In illo enim duplex  
Messiae generatio describitur, una *temporalis*, altera *æterna*, de  
quā nunc quæstio est: & hæc æterna dicitur esse סקרם טמי עולם  
h.e. *ante principium, ante dies seculi, qua* est æternitatis descriptio;  
conf. Ibai. 43. 13. Prov. 8. 12. adeoque genuinus loci sensus hic fu-  
erit: *Ex te, Bethlehem, egredietur (h.e. nascetur) Dominator Messias*  
Rex secundum humanam naturam, quiverò non nudus erit ho-  
mo, sed alia quoq; gaudet *egressiones* i.e. nativitate, nempe æternæ:  
quam Micheas plurali numero per מרים איהו i. e. *egressiones ejus* ex-  
primit, cum illa generatio sit eminentissima & mirabilissima:  
qua

quā ab ēterno à Patre procedit: ut adeo idem ferē Micheas dicat, quod Joh. cap. I. v. 1. & 14. Verbum caro factum est, Verbum scil. qvod iuxta v. 1. in principio fuit & qvidem apud Deum fuit, tanquam alia Persona, & ipse Deus fuit; vel qvod Paulus ad Rom. 9.5. CHRISTUS ex Patribus secundum carnem, qui tamen est Deus benedictus in secula. Non vero temporalem nativitatem iuxta Socinianos, nec utramq. Temporalem & ēternam, iuxta alios, plurali voce (egressiones) indigitari l. c. certè ex p̄dicate seu determinatione eminentissimæ generationis hujus elucescit, qvippe quā dicitur ante principium, ante dies seculi esse: qvæ temporali planè repugnant, solumque ēterna convenient. Qvod verò particula inseparabilis ו in vocibus מִתְרָא מִקְרָא מִזְמָר, qvas vulgo redditur à principio, à diebus seculi, commodius reddi per ante possit, h. m. cujus egressiones sunt ante principium, ante dies seculi, ex locis paulò ante citatis clarescit, p̄cipue ex Isai: 43.13. מַיּוֹת אֲנֵי הוּא, qvem locum Lutherus rectè vertit: Auch bin ich ehe denn nie kein Tag war. Si ergò מִזְמָר i. e. ante diem l. c. significat aeternitatem, qvare non etiam verba h. l. מִקְרָא i. e. ante principium, ante dies seculi? Ita erga Socinianorum exceptiones ex dictis & contextu facile refelluntur. Calvinum etiam, qui denuo ad locum Micheæ Jhudaizat, illumq; patriter ac p̄cedentem Ps. 2. non de CHRISTO literaliter, sed de politico quodam gubernatore, typum CHRISTI gerente, exponit, cum tamen sensu literalide CHRISTO, fatentibus id Socinianis, sit intelligendus, ipsa contextus ovvā Φεια luculenter refutat: cui præterea canonem typorum V.T. opponimus, qui ita habet: attendendum an umbra, an vero ipsa verita proponatur: h.e an Propheta de Messia sub involucro typorum, an vero expressis oraculis sensu literali de CHRISTO loquentibus vaticinentur. Conf. Glass. Phil. Sacr. I. 2. part. I. Tr. 2. Sect. 4. can. 6. ubi canonem illum tradidit, & exempli loco duo haec loca Ps. 2. & Mich. 5. adduxit simulq; Calvinum, in duobus his locis contra canonem illum peccantem, virgulâ censoria notare non dubitavit.

§. 3. Et quoties (3.) Christus dicitur Dei filius, & quidem cum additamento ampliante unigenitus? vid. Johan. I. 14. 18. c. 3. 16. & 18. item propriu Rom. 8. 32. & verus I. Joh. 5. 20. &c. Nemo vero unigenitus alicujus & proprius & verus dicitur nisi potest, nisi qui verè ab aliquo genitus & ex ipsa Patris essentia per generationem procedat. Excipiunt qvidem Socini-

Sociniani, quod vox *unigenitus* notet illum, qui omniibus aliis fratribus præfertur. Sed Resp. aliud svadere vocis originem, quippe quæ significet genitum ex substantiâ gignentis cum exclusione aliorum. Neque obstat locus Gen. 22. 12. quem nobis opponunt & cum loco Ebr. 11. 17. conjungunt, ita regerendo: Gen. 22. 12. יְהוָה notat *unicum dilectum*, quæ vox Ebr. 11. 17. redditur per *unigenitum*: E. *Unigenitus* idem est quod *unicum dilectum*. Negamus enim consequentiam, cùm origo vocis μονογενής adhuc aliud svadeat. Nec probatum ab adversariis est, τὸ γένος Gen. 22. 12. idem esse quod *unicum dilectum*. Ecce enim dilectionis mentio in textu Mosaicō demum post vocem γένος habetur, cum Gen. 22. 2. dicitur: *accipe nunc filium tuum תְּהִלֵּת אֶחָד קָרְבָּן* quem dilexisti. Qvamvis ergo vñ sūt originis vox γένος *unigenitum* non significet; nil tamen obstat, quo minus Gen. 22. pro unigenito sumatur, suffragante Apostolo ad Ebr. 11. ubi vocem γένος per μονογενής convertere non dubitavit. Ast regerunt Sociniani, Iсаacum, de qvō sermo est Gen. 22. *unigenitum* dici non posse, cum fratrem habuerit Ismaelem. Sed responsio est in promtu: Scilicet non absolutè qvidem, tamen respectu conjugii inter Abrahamum & Saram uxorem Iсаacum fuisse unigenitum, sic satis constat. Et licet vel maximè probent adversarii τὸ γένος significare *unicum dilectum*, quo fine & locum Prov. 4. 3. producere solent; nihil tamen obtinent, cum h. l. non de Ebræa, sed de Græca voce μονογενής controvēsemur, quam Johannes habet ll. cc. His ergo aliisq; scripturæ fundamentis inducti, rem novimus & filium Dei ex Patris substantiâ sine Matre ab æterno genitum credimus, licet modum generationis ignoremus, quippe qui inenarrabilis est, quod seq. membro scorsim ostendetur. Interim multa sanc̄ singularia in hac generatione dari constemur, quale hoc inter alia est, quod filius ab uno tantum principio, scilicet Patre, procedat, adeoq; dūrator sit, cum aliis generationem viventium & quidem animalium perfectorum per seūdūtū fieri compertum fit. Inepti ergo fuerunt Ariani excipiēdo dicentes, ex uno nasci nihil posse. Nauci quoq; sunt Turcarum obiectiones, quas ex Alcorano suo producent ajentes, Deum, cum nos habeat sociam, filium habere non posse.

§. 4. Deinde & diuinam CHRISTI naturam arguit, quod typus

pus ejusdem Melchisedecus ulterius hic dicitur: *neq; initium dierum  
neq; vitæ finem habens. His enim verbis æternitas CHRISTI tum à parte  
ante, tum à parte post, aperte & curate satis insinuatur. Quid enim ali-  
ud est, non habere initium dierum & vitæ finem, quam esse æternum? Cui  
inter alia succurrat eximus Iсаіа locutus cap. 9. 5. ubi CHRISTUS, Puer  
natus, dicitur יְהִי אָנָּבִי, i.e. Pater æternitatis, quod nomen quām non  
de Chischia, juxta Ihudæos & Grotium, neque de DEO benedicto,  
juxta quosdam Ihudæos & Socinianos; sed de Messia dicatur, in Disp.  
nostra XII. Iсаіана S. 7. ad Iсаі. 9. 5. pluribus est ostensum.*

### MEMBRUM III. adjungens

#### TYPUM GENERATIONIS CHRISTI CUM DIVI- NÆ TUM HUMANÆ QVOAD MODUM INEXPLICABILIS,

ut adeo hac ratione quoq; sit ἀγεράντιον.

**N**on enim tantum ἀντιτρόπω & ἀντίτροπο, sed & ἀγεραλόγιτο ab Apostolo dicitur Melchisedecus, non quod planè generationibus & Majoribus destinatnr, qualem ceteroqui interpretationem voci huic affingunt, qui Melchisedecum fuisse ipsum Dei Filium contendunt; sed quod generationes & Maiores ejus non scribantur à Moysi, sicuti Sacerdotum Leviticorum generationes ab eodem recensentur. Nam (1.) γενεαλογεῖον (quod disp. 2. m. 4. punct. 2. §. 2. ex Eralm. Schmid. & Scapulæ Lexico deduximus, & autoritatibus variis confirmavimus) est à γενεα gene- ratio & λέγεται dicere, adeoq; significat recensere vel describere originem vel seriem generis, scil. genealogiam instituere, ut γενεαλογεῖον τὰς Θεός h.e. Deorum originem & seriem enarrare, quod Hesiodus in Theogonia fecit. Hinc nomen verbale compositum cum a priv. ἀγεραλόγιτο non significat eum, qui stirpe vel genere prorsus destituitur, sed cuius stirps & origo generis vel genealogia non recensetur vel de- scriptitur. Quid? quod (2.) Apostolus satis clare se ipsum videtur explicare seq. v. 6. dum vocem ἀγεραλόγιτο exponit per ἀγεραλόγιτο μετον. εἰς αὐτῷ i.e. cuius genealogia non recensetur ex illa, scil. Leviticis Sacerdotibus. Ut adeo supervacaneum videatur, cum B. Danbawerō (cujus conferatur Disp. de Melchisedeco quæst. 1. p. m. 6. ) vocem ἀγεραλόγιτο ita interpretari velle, ut non tam ratione ascendens quæ descendens linea Melchisedecus dicatur ἀγεραλόγιτο h.e. quod non

non habuerit filios, l. potignon habuerit filios in Sacerdotio successores, quales habuit Aaron. Neq; etiam (3.) de antitypo Melchisedeci CHRISTO simpliciter verum est, quod *genealogia* plane destituatur. Siquidem *Luc.* c. 3. v. 23. seqq. *genealogia Christi* satis prolixè recensetur. Nec ipsæ divinæ & humanæ ejus naturæ generationes quoad rem ignorantur, cum quoad divinam sit sine Matre ex substantiâ Dei Patris per æternam generationem & quoad humanam sine Patre per supervenientum Spiritus S. ex Maria virgine productus, quod membro præced. est monstratum. Unde & vocem *αγενεαλόγητον*, in accommodacione ad CHRISTUM, nec simpliciter de genealogiæ Christi defectu, nec simpliciter de generationum ejus ignorantia, sed de modi generationis Christi cum divinæ cum humane inexplicabilitate licebit nobis interpretari: cuius interpretationis vestigia in Disp. Dn. D. Bechmanni, Theol. Jen de Melchised. A. 1678, habita §. 31. n. 8. legimus, ubi hunc typum ita effert: *Ita Christus quā divinitatem verē est απάτως, qua human. verē απάτως, qua generationem verē sua divinam, humnam αγενεαλόγητον*, quippe quam nemotatis explicitare poterit.

S. 20. Equidem (1.) ad generationis divino modum quod attinet, Patres quidam, qvibus p̄ferique Scholasticorum & Pontif. suffragantur, conati sunt modum generationis ira explicare, ut dixerint, Filiū Dei cogitatione vel intellectu Patris genitum esse, ita ut se ipsum intuens vel cognoscens, imaginem sui conceperit ac generit, in quam, ceu loquuntur, divinam suam transfuderit naturam, sicut Spiritus S. processionem dicunt fieri per voluntatem, quia amor vel caritas dicatur, idq; probant ex nominibus Filii, qvia dicitur λόγος h.e. verbum Joh. 1.1. splendor gloriæ patris & *imago* Dei inconspecti Ebr. 13. Col. 1.15. Sap. 7. 26. cum λόγος sit *imago cogitatione genita* & sermo character animi &c. Ceterum cogitationes sunt & rationis somnia, qvæ non procul ab impia Serveti speculatione recedunt dicentis, *Verbum esse cogitationem patris evanecentem*. Nec potest commodè ostendি ratio, quare hæc persona magis per intellectum, quam per voluntatem procedat & illa magis per voluntatem quam per intellectum. Nec probat modum hunc nomen λόγος &c. Consequentia enim non satis firma est, cum aliæ ab aliis rationes hujus nominis afferantur. Dicitur quoque λόγος, quia Deum nemo vidit unquam, nisi unigenitus filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit Joh. 1.18. &c. Neq; omnis λόγος est *imago cogitatione genita*: nam

Nam de λόγῳ Dei filio scriptura id non affirmat. Aliud quoque est λόγος  
seu sonus humanæ vocis, aliud substantiale verbum. Deinde cum fi-  
lius dicitur *imago Patrū* & quidem substantialis, hoc ideo sit, quia Pa-  
tri ita similis est, ut etiam unius cum ipso sit essentia. Potest ergo *imago*  
*Dei esse*, licet per intellectum à Patre non procedat. Aliud quoque est *ima-  
go*, s. humanæ mentis actio, aliud *imago* substantialis Dei inconspicui.  
Præstat ergo modum generationis divinae mirari, quam rimari. Unde  
& Irenæus adv. hæret. l. 2. c. 48. si quis nobis dixerit, quomodo ergo Filius  
prolatus à Patre est? dicimus ei, quoniam prolationem ipsam s. ge-  
nerationem, GENERATIONEM EJUS INENARRABILEM existen-  
tem nemo novit, non Valentinus, non Marcion, neq; Basilius, neq;  
Angeli, neq; Archangeli, neq; Principes, neq; potestates, nisi solus qui  
generavit Pater, & qui natu est filius, INENARRABILIS itaq; GENE-  
RATIO ejus quum sit, quicunque nesciuntur generationes & prolationes  
enarrare, non sunt compores sui, ea que inenarrabilia sunt enarrare  
promittentes. Ita Irenæus, cujus verba quoad rem quidem proba-  
mus, allegationi vero loci Iai. 53. 8 qui vulgo redditur, generationem  
ejus quis enarrabit, non suffragamur, utat veteres fermè omnes lo-  
cum de generatione filii divina intellexerint: unde & Ariani contra  
Homœianos ex l. c. collegerunt, neminem posse nosse, quod filius  
Dei ex substantiâ Patris sit genitus: generationem enim ejus quis  
enarrabit? vid. cent. 6. Magd. c. 5. p. 298. Contextus enim talem inter-  
pretationem non patitur & vocabulum γένεσις aliam admittit. Ultimam  
suebat Theologum quedam Helmstadiensem in Disp. de aeterni Filii  
Dei vera divinitate, superiori anno edita, probaturum contra Soci-  
onianos, τὸν λόγον, antequam incarnaretur, Filium Dei suisse appellatum,  
primo probationum loco hunc Iesum locum in aciem producere ejusque  
interpretē dare Ireneum, adscriptis quæ jam adduximus Ire-  
næi verbis, iisque & hanc subjungere explicationem: Secundum  
istā Prophétā, & ejus interpretēm Ireneum, generatio Filii Dei est ino-  
enarrabilis, ineffabilis, non secundum generationem humanam,  
quippe quia, si pote finita perfectionis, non est ineffabilis. E. secundum  
divinam. In quibus Viri verbis nec illud probamus, quod generationem  
CHRISTI humanā negat ineffabilem; contrariū ex iam dicendis patebit.

S. 3. Quod igitur (2.) modum generationis humanae in CHRISTO natura spectat, illum quidem sc̄iseitanti Mariæ virginī non nihil  
explouit Angelus, cujus verba superius m. r. vidimus; ceterum nec  
illum Spiritus S. supervenitum, nec obumbrationem viri nisi Altissimi,  
de

de qua loquitur Angelus, satis explicare valemus. *Supervenit enim*  
Sp. S. uti extraordinarius est, ita quoq; rationi nostræ inexplicabilis.  
Et licet nonnulli quoq; obumbracionem illam ex ritu חuppָה Chuppa  
Judaica, (quæ notat regmen thalami, quô Sponsus unâ cum Sponsa  
quasi obteguntur,) exponere gestiant, ita ut castissimus Mariæ uterus  
sit unitarum inter se naturarum Chuppa s. thalamus, sponsus δέλτης  
Virtus Altissimi, sponsa caro, copulator Spiritus S. q. d. filius Dei tan-  
quam Sponsus à Te in utero tuo tanquam sub Chuppa obumbrabitur, dū  
ubi carnem veluti sponsam indissolubili matrimonii personalis nexu  
associat, unit, copulat: quam expositionem Danhaverus tum in  
*Hodosophia Phoen.* 8. p. 6. tum in *Christosophia* p. 32. suam facit dicendo:  
que omnia illustrari comparisonem nuptiarum clarissime possunt, quae  
ipse cœlestis aula prece Gabriel intimavit, cum dixit: virtus Altissimi ob-  
umbrabit tibi *Luc.* 1. 35. Obumbratio ex ritu Iudaorum liquidissime ex-  
poni potest de ipsa solennitate nuptiali. Elias in Thisbi explicat vocem  
חuppָה Chuppa vestis est, inquit, s. velum, quod super caput sponsi & sponsæ  
quatuor virginis, vestibus suspenditur, quando sit desponsatio. Et sub eo  
velo sponsæ annulum porrigi testatur David de Pomis in dictionario  
voce חuppָה, & post pauca: Ergo virere Altissimi obumbrabit tibi i.e. in  
te, in tuo utero, tanquam sub Chuppa filius Dei tuos semini desponsabit.  
Hæc ille, cuius sententiam tacite Gejeruead *Ps.* 19. 6. p. 319. disertè  
Quenstedius in *Syst. Th.* part. 3. c. 3. m. 3. p. 342 approbarunt. Alii tamen  
malunt, verbo obumbracionis nos imbecillitatis nostræ admoneri, si-  
mulq; doceri, quod temerè in perscrutationem mysterii adeo tremendi  
nos dimittere non deceat. Jude & Bernhardus ho. n. 4. super missus est  
fol. 32. K.L. Qui potest capere, inquit, capiat. Quis enim excepta fortas-  
sis illa, qua bac sola in se telicissime meruit experiri, intellectu capere, ra-  
tione discernere possit, qualiter splendor ille inaccessibilis virginis sese  
visceribus infuderit? Et post pauca: Et fortasse propter hoc maximè dictu  
est, obumbrabit tibi, quia res nimirum in sacramento erit. Eodem colli-  
mat Chemnitius in *Harm. Evang.* c. 4. p. 55. 56. ita super h.l. differens: Hæc  
summa sunt miracula, qua fides nostra reverenter credit, mens autem  
comprehendere non potest. Et propter hanc causam angelus utitur ver-  
bis superveniendi Sobumbrandi, quorum emphasis & proprietatem  
non satio assequimur Sc. Gemina his habet Glassius in *Phil. Sac.* l. 5.  
Tr. 1. c. 8. sub fin. Quis ergo CHRISTUM, etiam quā modum  
generationis humanae, ἀγένεια λόγον τον esse  
negaret?

**PRAESTANTISSIMO DN. KIELIO,**  
Suo in Coll. priv. Theol. Disp. & Philol. sacro Auditori assiduo;  
Post specimen Philosophicum nuperrime editum,

jam de

**PERSONA CHRISTI & GENERATIONIBUS ejus;**  
à MELCHISEDECO egregiè adumbratis,  
publicè disputatuero  
FELICITER!

**I**N Sophicis, AUGUSTE, priùs documenta dedisti,  
Inq; Theologicis jammòdò plura dabis.

Omine sic *clarus*\* studium feliciter auges.

Grator id augmen & hinc ominor omne decus:

Grator & *augustam*, Studium qua sedulus auges,  
Materiem. CHRISTUM nosce, sat *ancius* eris.

\* *Augustus Andreas Kiel,*

Anagr.

LMg.

**En studia clarus auges. A:D.HABICHHORST,D.**

*Tantum possunt calamitates & miseria aduersus Virtutem, quantum Nebula aduersus solem.*

Bey gleich des Krieges, Blau des Landes Gut vergeht/  
Bey manchem auch dadurch den Fürsatx ganz verwehrt/  
Wozu mit hilft der Neid, so merkt man doch bey Vielen/  
Wann Mars und Neides Lück mit Tugend wollen spielen/  
Dass Ariftippen Macht sie dennoch überwieg'

Auch Circenzauberey bey Vielen nicht obsieg'.  
So dann HERRE RYCE der Ariftippen Muht und Sinne  
Bey ELLC auch Platz gewinnt, da wird ein jeder inne/  
Dass solchem Tugend-Sinn' doch endlich alles weich'  
Auch weder Mars noch Neid sich soicher Macht vergleich'.

Der Höchste gebe Muht und führe EURE Thaten/  
So folgt denn auch der Preis, GOTT! GOTT! hab wollgerahnen.

Dieses entwarf aus unveränderlicher affection,

**JOHANNES BUNSOVIUS J. U. L.**

**S**ic rursus laudem Doctorum jure mereris,  
KILI, Musarum nobile delicium.  
Dum Cathedram scandens obstantia dicta resolvis,  
Protegis & verbi dogmata salvifici.  
Ex animo grator: DEUS adfis, & omnibus aura  
Ceptis aspiret Flaminis Ætherei,

LMg. adjicere soluit

**M. CHRISTIANUS HILTEBRANDUS**

Log: Prof: Dsc: Ord: Publ: & Fcst: Phil: SENIOR:

**W**ie kan es schelen OHR Du kanst nicht irre gehens  
Der Weg steht offen/ auf der Weisheit Thron zu sitzen;  
Von Christo sangstu an/ der ist der Weisheit Grund:  
Drumb legstu sehr wohl an dein anvertrautes Pfund.  
Fahr fort EINWECHTER FREUND so werstu reichlich finden  
Der Tugendt Ruhm Und Preis/ die Musen werden binden  
OHR einen Ehren Krantz/ das ist bes fleisses Lohn.  
Ich wünsche OHR Viel Glück zu dieser TUGEND RHOHN.  
glückwünscchend schrieb es dem H. Respondenti zu Ehren  
C. H. THÖNE, S. S. Theol. Stud. Hu: Westph.

*A Monsieur KIEL pour temoigner sa sincere & perpetuelle amitie*

**P**our le rendre heureux on se fait appliquer

Aux études, Amy, comme Vous avez fait;

Pour servés, avancés, que Vous pouvés donner

En peur de retas à nous un gaillard pourtrair.

A: G: ROCH/ Cell. Lüneb.

**S**recht/ mein Werther Freund/ so müs- Der ohne Vater ist vom Weibe Mensch  
sen Gottes Wunder/ gebohren/  
Die Er in seinem Wort uns häufig vorgelegt/ Und ohne Mutter auch von Ewigkeit gezeugt/  
Geh rühre billig dich/ sein Deines Fleisches zu dessen Fürbild war Melchisedech erföhren/  
Zunder/ Bon dessen Stam die Schrift an allen  
Und ein sehr starker Zug/ der OJEH zum Fleisch Orten schwieglt.  
bewegt. Ich wünsche Glück dazu: Gott las es Dir gelinge  
Swar hasu schon einmal um Deinen Fleisch ge Zum sonderbahren Ruhm und zum erwünsch-  
zeiget/ ten Ziel/  
Da du nicht sonst er Ruhm bestiegst den Lehrer Dass man mir möge bald die frohe Botschaft  
Trohn/ bringen/  
Sich aber wie Dein Fleisch von nenen sich erträgert/ Dass wie Melchisedech, ein Priester sei  
Da du zu handeln OHR erwelst von Got tes Sohn/ MEIN KIEL/  
Dich schrieb mit gar schwachem KIEL dem Herrn Respondenti zu Ehren  
ULRICH DARJES, S. S. Theol. Stud.

**Kiel per anagr: i. Kiel i. Klei.**

**W**ein FREUND! Ich hatte jüngst bald Kiel für Kiel gelesen/  
Als seinen Namen Ich dort in der Presse fand;  
Doch warlich war es nicht gar ungereimt gewesen:  
Denn in hochdeutscher Sprach ein KIEL wird KIELE genaub.  
Mein KIEL Er KIELET recht/ es müs wie KIEL zersteuben/  
Wann am Melchisedech ER findet Gegenthell:

Er lasse seinen KIEL der Feder fleissig schreiben,

So findet ein harter KIAST an IHM noch seinen KIELE/

Also gratulirte mit flüchtigem KIEL dem Herrn Resp: bei abermahl rühmlichst ablegender Probe

H. H. WILDHAGEN, S. Theol. Stud.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn733810225/phys\\_0030](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn733810225/phys_0030)








Nam de λόγῳ Dei filio scriptura id non affit  
 seu tonus humanae vocis, aliud substantialius dicitur *imago Patrū* & quidem substantia  
 tri ita similis est, ut etiam unius cum ipso si  
 Dei esse, licet per intellectum à Patre non posse,  
 s. humanae mentis actio, aliud *imago suā*  
 Præstat ergo modum generationis divinæ n  
 & Irenæus adv. hæret. l.2. c.48. si quia nobis  
 filius prolatus à Patre est? dicimus ei, quoniam  
 generationem, *GENERATIONEM EJUS*. I  
 tem nemo novit, non Valentinus, non M  
 Angeli, neq; Archangeli, neq; Principes, n  
 generavit Pater, & qui natus est filius, IN E  
 RATIO ejus quum sit, quicunq; nuntiuntur  
 enarrare, non sunt compotes sui, ea que i  
 promissentes. Ita Irenæus, cujus verba  
 in his allegationis vero loci Iai. 53. 8 qui vnde  
 ejus quis enarrabit, non suffragamur, ut  
 cum de generatione filii divina intellexeris.  
 Homousianos ex l. c. collegerunt, nemini  
 Dei ex substantiâ Patris sit genitus: ge  
 enarrabit? vid. cent. 6. Magd. c.5. p.298. C  
 ̄pretationem non patitur & vocabulum τοῦ  
 subeat, Theologum quendam Helmstadii  
 Dei vera divinitate, superiori anno edita  
 nianos, τὸν λόγον, antequam incarnaretur,  
 primo probationum loco hunc Isaie locum  
 interpretem dare Irenæum, adscriptis  
 nati verbis, iisque & hanc subjugere  
 ista Propheta, & ejus interpretem Irenæum  
 evarrabilis, ineffabilis, non secundum  
 quippe que, ut pote finite perfectionis, non  
 divinam. In quibus Viri verbis nec illud pro  
 CHRISTI humana negat ineffabile: contra

S. 3. Quod igitur (2.) modum genera  
 STO natura spectat, illum quidem sciseita  
 exposuit Angelus, cujus verba superius  
 illum Spiritus S. superventum, nec obumbri



the scale towards document

oq; est λόγος  
 einde cum fi  
 sit, quia Pa  
 ergo imago  
 quoq; est ima  
 inconspicui  
 imari. Unde  
 modo ergo Fi  
 min istam s. ge  
 LEM existen  
 tias, neq;  
 nisi solus qui  
 it agit GENE  
 S prolationes  
 ent enarrare  
 uidem proba  
 generationem  
 ne omnes lo  
 Ariani contra  
 e, quod filius  
 im ejus quis  
 tales inter  
 sit. Ut mirari  
 te aeterni Filii  
 contra Soci  
 e appellatum,  
 ducere ejusq;  
 luximus Ire  
 : Secundum  
 ilii Deteri ino  
 humanam,  
 E. secundum  
 generationem  
 endis patebit,  
 ne in CHRI  
 ini non nihil  
 ceterum nec  
 tis Altissimi,  
 de

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No.

Patch Reference numbers on UTT